

CAUSA XXVII.

GRATIAN. QUIDAM votum castitatis habens desponsavit sibi uxorem: illa priori conditioni renuntians, transfudit se ad alium, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam. I. Hic primum queritur, an conjugium possit esse inter voventes. II. Secundo, an liceat sponsa à sponso recedere, & alii nubere.

AN CONJUGIUM POSSIT ESSE INTER VOVENTES.

QUESTIO I.

GRATIAN. Quid voventes matrimonium contrahere non possunt, multis auctoritatibus probatur. Namque de Viduis, & quæ profectam continentiam prævaricate sunt, statutum invenitur.

I. IN CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. ult. [an. 398. in Africa.]

Excommunicentur Vidua, quæ Religioso habitu abjecto nuptias elegerint.

SCILICET bonum est castitatis præmium; ita & majori observantia, & præceptione custodiendum est, ut si quæ Vidua, quantumlibet adhuc in minoribus annis posita, & immatura ætate à viro relicta, se devoverint Domino, & veste laicali abjecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ in Religioso habitu apparuerint, postea verò ad nuptias seculares transierint; secundum Apostolum damnationem habebunt, quia fidem castitatis, quam Domino voverunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ à Christianorum communione sequentur, neque convivio & cum Christianis communicent. Nam si adulteræ, & conjuges reatu sunt viris suis obnoxia; quanto magis Vidua, quæ Religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam Deo sponte, non coacte obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, & ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ est violentia irruente ab aliquo oppressæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in conjugio raptori, vel violento viro consenserint; damnationi superius comprehensæ tenentur obnoxia. De talibus ait Apostolus: Cùm luxuriata fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Corr. Rom. In variis Conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Sorienfi Regio legitur, matura. Ivo habet, in matura. Neque convivio.] Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus, expunctis verbis illis, donec ad bonum, quod ceperant, revertantur: quæ ex Capite sequenti videntur huc fuisse translata. In Conciliorum autem impressis, & manuscriptis codicibus legitur: Tales ergo personæ sine Christianorum communione manent, quæ etiam nec in concilio cum Christianis communicent.

Adulteræ.] Sic est emendatum ex memoratis Conciliorum exemplaribus. Nam antea legebatur: Nam si adulteræ conjuges res sunt, si suis obnoxia viris non fuerint; quanto, &c.

II. Item ex Epistola Gregorii missa ad Bonifacium. [c. an. 590. Româ in Germaniam.] De Viduis, & Virginitibus, quæ à Religionis proposito discedunt.

Viduas à proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consuleret dilectio tua, Frater charissime, credo te nosse à sancto Paulo, & à multis sanctis Patribus, nisi convertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus Ecclesiæ arcendas fore censemus, usquequò obediunt Episcopis suis, & ad bonum, quod ceperunt, invitæ, aut voluntarie revertantur. §. 1. De Virginitibus autem non velatis, si devoverint, à sanctæ memoriæ Prædecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus: [Hæc verò quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere; licet velatæ non fuerint, si nupsent, aliquanto tempore his agenda penitentia est: quia sponso earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi; quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? &c.

§. 2. Si Virgines nondum velatæ taliter penitentia publicâ puniuntur, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur; quanto magis Viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientia, atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usæ sunt, & habitum Religionis assumperunt, & demum apostataverunt, atque ad priorem vomitum sunt reversæ, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus Ecclesiæ, & à cœtu Fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter juxta Apostolum Paulum tradentes hujusmodi hominem Satanae, ut spiritus ejus salvus sit in die Domini? De talibus enim & Dominus per Moysen loquitur dicens: Auferse malum de

medio vestri. De quibus & per Prophetam ait: Letabitur manus suas lavabit in sanguine peccatoris. De talibus namque, & eorum similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: Quia non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt faciunt; Reifunt. Corr. Rom.] Sic etiam citant ceteri Collectores. Habetur autem à paulo etiam copiosius, in Capitalibus adjectis, c. 215.

III. Item ex Decreto Gelasii Papæ ad Sicilienses Episcopos missio, c. 9. [imò Symmachus in Epist. ad Casarium, c. 5. an. 502. Româ in Galliam.] Transire non possunt Viduæ, & Virgines post Religionis propositum, ad nuptias.

Neque Viduas à nuptiis transire patitur, quæ in Religioso proposito diuturna observatione permanerunt. Similiter Virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monasteriis ætatem peregrisse contigerit. Corr. Rom.] Burchardus & Ivo par. 7. c. 64. citant item ut Gratianus; sed rursus Ivo eadem partem, c. 144. ex Gelasio ad Casarium, c. 4. Extat autem in Epistola Symmachi ad Casarium, c. 4. eumque citat Polyg.

IV. Item Cyprianus ad Pomponium de Virginitibus. [c. an. 257. in Africa.] Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest. Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspicit, & probari possit, an virgo sit: cùm & manus obstrictum, & oculi sæpe falluntur; & si incurrupta inventa fuerit virgo ea parte, quæ mulier potest esse; poterit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrupti potest, & tamen inspicit non potest. Certè ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & concenctium duorum turpis & fœda dormitio, quantum de decoris, & criminis confitentur? Si supervenient maritus sponfam suam jacentem cum altero videat; nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortassis & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus, & Judex noster, cùm Virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, jacere cum altero cernit; quam indignatur, & irascitur? & quas poenas incertis ejusmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium spiritalem, & venturum judicii diem unusquisque fratrum possit evadere, omni consilio providere, & laborare debemus.

Pit. Nec aliqua.] Cap. gen. ext. de probat. Osculatio.] V. C. inoculario. V. IDEM, in eadem Epistola. [c. an. 257. ibid.] De eodem. Quid si penitentiam hujus illiciti concubitus sui egerint, & à se invicem recedant; inspiciant iterum Virgines ab obstrictibus diligenter; & si virgines inceptæ fuerint; accepta communione ad Ecclesiam admittantur: hæc tamen interminatione, ut si ad eisdem maculos postmodum revertæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo, & sub eodem tecto simul habitaverint; graviore censura ejiciantur, nec in Ecclesiam postmodum facile recipiantur. Si autem de eis aliqua corruptæ fuerint, & deprehensæ; agant penitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admittit, non mariti, sed Christi adultera est: & ideo æstimato juto tempore, postea exomologesi factâ ad Ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseverant; nec se ab invicem separant; sciunt se cum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in Ecclesiam posse: ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiant; nec putent sibi vitæ, aut salutis conitare rationem, si Episcopis, & Sacerdotibus obtemperare noluerint.

Corr. Rom. a Iterum.] In codicibus Cypriani impressis, & octo manuscriptis, quæ Romæ ad Operum ipsius emendationem collata fuerint, legitur, interim: quæ varietas notatur etiam in Glossa. Pit. Quod si.] Vide S. Ambros. Epist. 64. & S. August. de heresi Manich.

medio vestri. De quibus & per Prophetam ait: Letabitur manus suas lavabit in sanguine peccatoris. De talibus namque, & eorum similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: Quia non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt faciunt; Reifunt. Corr. Rom.] Sic etiam citant ceteri Collectores. Habetur autem à paulo etiam copiosius, in Capitalibus adjectis, c. 215.

III. Item ex Decreto Gelasii Papæ ad Sicilienses Episcopos missio, c. 9. [imò Symmachus in Epist. ad Casarium, c. 5. an. 502. Româ in Galliam.] Transire non possunt Viduæ, & Virgines post Religionis propositum, ad nuptias.

Neque Viduas à nuptiis transire patitur, quæ in Religioso proposito diuturna observatione permanerunt. Similiter Virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monasteriis ætatem peregrisse contigerit. Corr. Rom.] Burchardus & Ivo par. 7. c. 64. citant item ut Gratianus; sed rursus Ivo eadem partem, c. 144. ex Gelasio ad Casarium, c. 4. Extat autem in Epistola Symmachi ad Casarium, c. 4. eumque citat Polyg.

IV. Item Cyprianus ad Pomponium de Virginitibus. [c. an. 257. in Africa.] Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest.

Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspicit, & probari possit, an virgo sit: cùm & manus obstrictum, & oculi sæpe falluntur; & si incurrupta inventa fuerit virgo ea parte, quæ mulier potest esse; poterit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrupti potest, & tamen inspicit non potest. Certè ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & concenctium duorum turpis & fœda dormitio, quantum de decoris, & criminis confitentur? Si supervenient maritus sponfam suam jacentem cum altero videat; nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortassis & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus, & Judex noster, cùm Virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, jacere cum altero cernit; quam indignatur, & irascitur? & quas poenas incertis ejusmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium spiritalem, & venturum judicii diem unusquisque fratrum possit evadere, omni consilio providere, & laborare debemus.

Pit. Nec aliqua.] Cap. gen. ext. de probat. Osculatio.] V. C. inoculario. V. IDEM, in eadem Epistola. [c. an. 257. ibid.] De eodem. Quid si penitentiam hujus illiciti concubitus sui egerint, & à se invicem recedant; inspiciant iterum Virgines ab obstrictibus diligenter; & si virgines inceptæ fuerint; accepta communione ad Ecclesiam admittantur: hæc tamen interminatione, ut si ad eisdem maculos postmodum revertæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo, & sub eodem tecto simul habitaverint; graviore censura ejiciantur, nec in Ecclesiam postmodum facile recipiantur. Si autem de eis aliqua corruptæ fuerint, & deprehensæ; agant penitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admittit, non mariti, sed Christi adultera est: & ideo æstimato juto tempore, postea exomologesi factâ ad Ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseverant; nec se ab invicem separant; sciunt se cum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in Ecclesiam posse: ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiant; nec putent sibi vitæ, aut salutis conitare rationem, si Episcopis, & Sacerdotibus obtemperare noluerint.

Corr. Rom. a Iterum.] In codicibus Cypriani impressis, & octo manuscriptis, quæ Romæ ad Operum ipsius emendationem collata fuerint, legitur, interim: quæ varietas notatur etiam in Glossa. Pit. Quod si.] Vide S. Ambros. Epist. 64. & S. August. de heresi Manich.

VI. Item ex sexta Synodo in Trullo, c. 4. [an. 692. Constantinopoli.] Clericus deponatur, Laicus excommunicetur, qui cum Sanctimoniali nupsit.

Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus, aut Lector, aut Psalmita, aut Ostitarius cum muliere sanctificata Deo nupsit fuerit; deponatur: quia sponfam Christi corrupit: si verò Laicus; excommunicetur.

VII. Item ex Concilio Toletano IV. c. 8. [imò Parisiensi V. c. 13. an. 615. in Gallia.] Viduæ, & Puellæ, quæ post Religionis habitum nubunt, à communione suspendantur.

Viduæ, & Puellæ, quæ post Religionis habitum nubunt, à communione suspendantur. Capit. 1. 7. c. 338. Burch. 4. 8. c. 48. Ivo, p. 7. c. 17.

DE Viduis, & Puellis, quæ habitum Religionis in domibus propriis tam à parentibus, quam per se mutaverunt; si postea contra instituta Patrum, vel præcepta Cano-

h Sent. 4. dist. 28. Anf. l. 11. c. 177. Burch. l. 8. c. 45. Ivo, p. 7. c. 63. Pann. l. 3. c. 204. I. Tim. 5. k Infrâ ead. hæc verò.

l. 1. Cor. 5. m Dent. 13.

al. utriusque. num conjugia reciderint copulanda; tamdiu utraq; habeantur à communione suspensæ, quouique, quod illicite perpetraverunt, emendent. Quod si emendate neglexerint; à communione, & omnium Christianorum convivio, perpetuo sint sequestratæ. Corr. Rom.] In Concilio Toletanis non est inventum. Est autem lib. 7. Capit. c. 338.

VIII. Item ex Concilio Martini Papæ. [imò Triburiensi c. 25. an. 895. in Germania.] De eodem.

Viduas autem velare Pontificum nullas attentet: prout statutum est in decretis Gelasii Papæ capitulo xlii. quod nec auctoritas Divina, nec Canonum forma præstituit. Quod si propria fuerit voluntate continentiam professa; in eisdem Gelasii capitulo xxi. legitur, ejus intentio pro se reddat rationem Deo: quia sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur; sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitia Deo debet custodire. Nos autem à autoritate Patrum suffulti, in hoc sancto Concilio sancimus, & liberè judicamus, si sponte velamen, quamvis non consecratum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter Velatas Deo oblationem obtulerit; velit, nolit, sanctimoniam habitum ulterius habere debet: licet sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione sibi velamen imposuisse, ut iterum possit deponere.

Corr. Rom.] Abest Caput hoc à nonnullis Gratiani exemplaribus. Burchardus & Ivo citant ex Concilio Moguntino, c. 6. Habetur in Concilio Triburiensi, c. 25. In hoc autem Capite, & duobus sequentibus citantur decreta Gelasii, ut sunt in codice Canonum. Capitulum xlii.] Sic est in codice Canonum: in Epistola vero ejusdem prima Episcopus per Lucaniam est c. 15. fuerit paulo post, quod est in capitulo 21. in eodem codice; in Epistola est, c. 23.

Nos autem.] In Concilio Triburiensi legitur: Quæ auctoritate Patrum suffulti sententia in hoc sacro Conventu sancimus, &c. Hæc verò eadem de vidua, quæ sibi sponte velamen non consecratum imposuit, habentur in Decretalibus, c. vidua, tit. de Reg. Quod in codicibus impressis citatur ex Concilio Arelatensi. In prima autem Collectione, & veteris codicibus Gregorianæ ex Aurelianensi. Pit. Divina.] Add. 3. V. C. delegat.

IX. Item ex Decreto Innocentii Papæ, c. 20. in codice Canonum, & Epistola 2. ad Victorium, c. 13. [an. 404. Româ in Galliam.] De his, quæ votum virginitatis habentes nubunt, necdum sacro velamine tectæ.

Hæc verò, quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se permanere simulaverunt; licet velatæ non fuerint, si forte nupsent, his agenda à aliquanto tempore penitentia est: quia sponso earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi; quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet? Nam si Apostolus istas, quæ à proposito viduitatis discesserunt, dixit habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto magis Virgines, quæ pactiois hunc fidem minimè servaverunt? Corr. Rom. a His agenda.] Sic est emendatum ex codice Canonum, Epistola, & Concilio Turonico: & sic legitur, infrâ, ead. c. viduas. Hoc enim loco etiam in manuscriptis erat, ad agenda aliquanto tempore penitentiam se liberant.

Pit. Se permanere.] V. C. manere. Magis.] Abest à 2. V. C. Debet.] 2. V. C. poterit. Illas.] V. C. Parthos. Dixit.] 2. V. C. dixerit eas. Condemnationem.] 3. V. C. damnationem. Magis.] Abest in 3. V. C. Pactiois &c.] V. C. prioris promissionis fidem frangere sunt nisi. al. conata.

X. Item ex Decreto ejusdem c. 19. in codice Canonum; in Epistola autem ad Victorium, c. 12. [an. 404. Româ in Galliam.] Non sunt admittenda ad penitentiam Virgines sacra, si publicè postea nupsent.

Quæ Christo spiritualiter nubunt, & à Sacerdote velantur, si publicè postea nupsent, non eas admittendas esse ad penitentiam agenda, nisi hi, quibus se junxerant, à Mundo recesserint. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupsent, adultera habeatur, nec ei agencie penitentiae licentia concedatur, nisi minus de eis fuerit defunctus; quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

Corr. Rom. a Nubunt.] In antiqua editione Conciliorum & Epistoliarum, & codice Canonum impresso legitur, nupsent: sed in duobus ipsius manuscriptis, nubunt: post quod verbum in omnibus sequitur, & à Sacerdote velantur, ideoque sunt addita. Si publicè postea.] In Epistolis olim Colonie, ac Lutetie impressis legitur, si postea nupsent, vel publicè, vel occultè corrupta fuerint. In editione Conciliorum Colonienis duobus, & tribus tomis, si postea vel nupsent publicè, vel occultè corrupta fuerint. In postrema autem quatuor tomorum, si postea vel publicè nupsent, vel se clanculo corruperint.

Pit. A Mundo.] 2. V. C. de seculo. Magis de illa.] V. C. illa. Postea &c.] Ita 2. V. C.

XI. Item ex Concilio Triburiensi, c. 6. [imò Siricius Epist. l. c. 6. an. 385. Româ in Hispaniam.] Ab Ecclesia eliminandæ, & ergastulis retrudendæ sunt Monachorum vel Monacharum impudica persona.

Impudicas, detestabilisque personas Monachorum, atque Monacharum, quæ abjecto proposito sanctitatis, illicitè atque sacrilegè contagione se miscuerunt, & in abruptum conscientia desperatione producta, de illicitis complexibus liberè filios procreaverunt; à Monasteriorum cœtu, Ecclesiæ stirpique conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus lamentatione continua desentes purgatorio possint igne penitentia decoqui; ut eis vel ad mortem solius misericordiae intuitu per communionis gratiam possit subveniri. Corr. Rom.] Caput hoc habetur in Epistola prima Siricii, & in codice Canonum est c. 15. inter Decreta ipsius: quem etiam citant Burchardus, & Anselmus. Pars tamen aliqua hujus Capitis est in c. si quis sacro, infrâ, eadem, quod quidem habetur in Concilio Triburiensi, quod extat.

Abruptum.] Sic est emendatum ex multis editionibus Epistoliarum Siricii, & codice Canonum. Antea enim legebatur, in arbitrium conscientia propria desperatione. Pit. Igne penitentia decoqui.] 2. V. C. penitentia igne decoquere. Mortem.] Add. 2. V. C. saltem. Subveniri.] 3. V. C. indulgentia subvenire. Siricii.] Adversus Jovinianum. Vide Cent. tom. 4. p. 385.

ciliorum & Epistoliarum, & codice Canonum impresso legitur, nupsent: sed in duobus ipsius manuscriptis, nubunt: post quod verbum in omnibus sequitur, & à Sacerdote velantur, ideoque sunt addita. Si publicè postea.] In Epistolis olim Colonie, ac Lutetie impressis legitur, si postea nupsent, vel publicè, vel occultè corrupta fuerint. In editione Conciliorum Colonienis duobus, & tribus tomis, si postea vel nupsent publicè, vel occultè corrupta fuerint. In postrema autem quatuor tomorum, si postea vel publicè nupsent, vel se clanculo corruperint.

Pit. A Mundo.] 2. V. C. de seculo. Magis de illa.] V. C. illa. Postea &c.] Ita 2. V. C.

XI. Item ex Concilio Triburiensi, c. 6. [imò Siricius Epist. l. c. 6. an. 385. Româ in Hispaniam.] Ab Ecclesia eliminandæ, & ergastulis retrudendæ sunt Monachorum vel Monacharum impudica persona.

Impudicas, detestabilisque personas Monachorum, atque Monacharum, quæ abjecto proposito sanctitatis, illicitè atque sacrilegè contagione se miscuerunt, & in abruptum conscientia desperatione producta, de illicitis complexibus liberè filios procreaverunt; à Monasteriorum cœtu, Ecclesiæ stirpique conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus lamentatione continua desentes purgatorio possint igne penitentia decoqui; ut eis vel ad mortem solius misericordiae intuitu per communionis gratiam possit subveniri.

Corr. Rom.] Caput hoc habetur in Epistola prima Siricii, & in codice Canonum est c. 15. inter Decreta ipsius: quem etiam citant Burchardus, & Anselmus. Pars tamen aliqua hujus Capitis est in c. si quis sacro, infrâ, eadem, quod quidem habetur in Concilio Triburiensi, quod extat.

Abruptum.] Sic est emendatum ex multis editionibus Epistoliarum Siricii, & codice Canonum. Antea enim legebatur, in arbitrium conscientia propria desperatione. Pit. Igne penitentia decoqui.] 2. V. C. penitentia igne decoquere. Mortem.] Add. 2. V. C. saltem. Subveniri.] 3. V. C. indulgentia subvenire. Siricii.] Adversus Jovinianum. Vide Cent. tom. 4. p. 385.

XII. Item ex eodem. [imò ex Calchedonensi c. 16. an. 451. in Bithynia.] Monachus, & Virgo Domino consecrata, si nupsent; excommunicentur.

Virginem, quæ de Deo consecrata, similiter & Monachus decernimus non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes; excommunicentur. Consentientibus autem decernimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus misericordiam, humanitatemque largiri.

Corr. Rom.] Hoc est xvi. caput Concilii Calchedon. ex versione Dionysii: cujus pars citatur inf. c. si quis sacro. Pit. Deo.] Add. 4. V. C. Domino.

XIII. Item ex eodem. [fortè an. 695. in Germania.] Dum vivunt, lamentis penitentia se afficiant, qui Sanctimonialibus scientes copulantur.

Hi ergo, qui Sanctimonialibus scientes matrimonio ad injuriam Christi copulati sunt; juxta censuram zeli Christiani separantur, & nunquam eis concedatur conjugali vinculo religari: sed in penitentia lamentis se vehementer, dum vivunt, afficiant.

Corr. Rom.] Caput hoc à Burchardo, & Ivone Paschali tribuitur.

XIV. Item ex eodem. [imò Gelasius an. 494. Româ in Lucaniam.] A sacra communione priventur, qui sacris Virginitibus se sociant.

Virginitibus sacris se quosdam temerè sociare cognovimus, & post dicatum Deo proposito incepta fœdera, facile gague miscere. Quos protinus æquum est à sacra communione detrueri; & nisi per publicam, probatamque penitentiam omnino non recipi. Sed tamen his Viaticum de seculo transeuntibus, si dignè penituerint, non negetur. Corr. Rom.] Caput hoc in Epistola prima Gelasii est num. 22. & in codice Canonum inter ipsius Decreta c. 20. Refertur quoque in Capitalibus l. i. c. 106. & in Polycarpo Gelasii nomine.

XV. Item Gregorius. [ap. 599. Româ in Emiliam.] In Monasterio revoctetur, ac recludatur, quæ à fornicatione recedere noluerit.

Pervertit ad nos, quod quidam vir nequissimus, Diabolico instinctu de Monasterio fuaserit exire quamdam Deo sacratam, at quæ à quodam viro, unde exterat, sitrevocata:

h Sent. 4. dist. 28. Anf. l. 11. c. 177. Burch. l. 8. c. 45. Ivo, p. 7. c. 63. Pann. l. 3. c. 204. I. Tim. 5. k Infrâ ead. hæc verò.

l. 1. Cor. 5. m Dent. 13.